Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26158
Copyright: Admont, Benediktinerstift



phans. Vñ h. Beati qui habitant
in domo tua. Quandoq; ecclesia mili
tans. Vñ h. In domo dei ambula
bimus cum consensu. Quandoq; anima ius
ti. Vñ hoc. Templum dei sanctum est: quod estis
uos. Quandoq; lapidea. Vñ h. Domus
mea domus orationis uocabitur.

multiformiter deus saluat.

Homines et iumenta saluabis d.
Nota. Deus saluat temporalia
conferendo. Vñ hic. Homines et iu
menta saluabis domine: Vñ quandoq;
cecus ad templum adducitur ad recipi
endam sanitatem: Sanat a penis li
berando. Vñ dicitur saluasse tres
pueros quos a flamma ignis liberauit.
Saluat gratiam conferendo. Vñ hoc
Secundum misericordiam suam saluos nos
fecit. Saluat uitam eternam conferen
do. Vñ dicitur. quia omnis predestina
tus saluabitur in futuro.

Noli emulari
in malignantibus.
Est emulatio amoris
Vñ apostolus. Emulor uos dei emulati
one. Est emulatio liuoris. Vñ
dicitur in prologo ieronimi. quod ha
buit multos emulos. Est emula
tio indignationis. Vñ hic. Noli
emulari. Est emulatio imitati
onis. siue indignationis. Vñ ex
ponitur de utroq; Noli emulari in eo
qui prosperatur in uia sua.

Quoniam tamquam fenum uelociter ares
cent. Herbarum quedam habent flo
rem et non folia. quedam folia. et non
florem. Florem et non folia. ut fenum.
et significat carnem mortalem: que
floruit in adam. et per peccatum de
floruit. Vñ hoc. Percussus sum sicut
fenum. et aruit cor meum. Quando
q. designat nobiles ut hic. Quan
doq; minores ut hoc. Preceptum est
locustis ne lederent fenum terre: i.
simplices quibus non est uigor alta in
telligere sicut fenum altam radicem non
habet. Quandoq; uoluptuosi fe
num dicuntur. Vñ h. Omne fenum
combustum est. Quandoq; pueniali.
Vñ quis dicitur ferre secum. lignum. fe
num. stipulam.

Et quemadmodum holera herbarum cito
decident. Tria sunt genera holerum.
Nam sicut holera herbarum hortorum condi
tum. Holera herbarum significant
infirmos in fide: scilicet minores
non nobiles. et hec herbe sunt uiles.
Hii modo florent. sed in die iudicii
arescunt. Vñ hic dicitur. Holera
hortorum significant infirmos
in carne: Quibus dicitur. Qui infir
mus est holus manducet. quia sin
cerere et bacho friget uenus. holus
conditum significat historiam cum
spirituali intelligentia conditam Vñ
puer prophetarum qui gustabat dicens
heliseo. Serue dei mors est in olla.
Cui heliseus. Appone farinam et
dulcorabitur. i. appone suptilem in
telligentiam litteræ que occidit.
et dulcis erit intellectus. Holera